BURCHARDUS
solo nomine uuormacien
sis episcopus. Brunichoni fideli
suo eiusdem uidelicet sedis
praeposito. in Christo domino salutem.
Multis iam sepe diebus familiari
tas tua frater carissime. praesens
nobis hortando suggessit. qua
tenus libellum ex uariis utilitatibus
ad opus episcoporum nostrorum. tam ex
sententiis sanctorum patrum quam ex
canonicis. seu ex diuersis peni
tentialibus. uigilanti animo cor
pus unum colligerem. ob id maxi
me. quia canonum iura et iudicia
penitentium in nostra diocesi sic sunt
confusa atque diuersa et inculta ac si
ex toto neglecta et inter se ualde
discrepantia et pene nullius auc
toritate suffulta. ut propter disso
nantiam uix a scolis possint discer
ni. Unde fit plerumque ut refugientibus
ad remedium penitentiae tam pro
librorum confusione quam etiam presbyterorum
ignorantia nullatenus ualeat sub
ueniri. Cur hoc? inde est imo
euenire maxime. quia men
suram temporis et modum delicti
in agenda penitentia non satis at
tente. et apte et perfecte praefigunt
canones pro uno quoque crimine. ut
de singulis dicant qualiter unum
quodque emendandum sit. sed magis in
arbitrio sacerdotis intelligentis
relinquendum statuunt. Quapropter
quia hoc nisi a sapientibus et le
gis diuinae eruditis fieri nequit.
rogauit me dilectio tua ut
hunc libellum breuiter collectum.
nunc demum pueris traderem
discendum. ut quod nostri cooperato
res inmaturiore aetate positi
nostris diebus et antecessorum nostrorum
tarditate neglexerant. modo
aetate teneris. et aliis discere
uolentibus traderetur. siquidem
ut prius fierent probi discipuli.
post plebium et doctores et ma
gistri. ut pepererunt in scolis
quod quandoque dicere deberent
sibi commissis. Desiderium tuum et
petitio frater iusta mihi uidetur.
et de uoluntate tali gratias ago
etiam et illi multimodas grates
refero. qui te talem mihi praesti
tit. quia pro statu ecclesiae nostrae te
assidue desudasse cognoueram.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK HEIDELBERG
UNI FREIBURG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0008